

LIBER CERBERUS

Auogariae Communis

1282–1300

1

Διατάξεις ἀφορῶσαι εἰδικὰ πρόσωπα.

Ἀριθ. 20. Ὁ Μαγίστρος Γεράρδος ἱατρός ἐκ Κρήτης θὰ λαμβάνη διὰ μισθοδοσίαν του ἐτησίως 12 λίτρας γροσίων καὶ ἀνάλογον κατοικίαν ἀξίας 30 σολδίων γροσίων περίπου. Ταῦτα θὰ πληρώνονται ἐκ τῶν 3000 λιτρῶν τῶν προοριζομένων διὰ μισθούς.

Fⁿ 39^r

Incipiunt consilia ad speciales personas pertinentia.

F^o 40^r N^o 20. Magister Gerardus de Creta habeat libras XII grossorum in anno et soldos xxx grossorum uel infra pro domo.

Millesimo ducentesimo LXXXVI, die VIII Madii.

1

Capta fuit pars quod magister Gerardus de Creta medicus accipiat ad salarium nostri communis ita quod habeat omni anno libras XII grossorum et domum sufficientem pro suo statio de soldis xxx grossorum et inde infra. Et hec solvantur de libris $\frac{M}{III}$ de mense sicut soluuntur alia salaria. Et si consilium est contra etc.

5

2

Διατάξεις ἀφορῶσαι τὸν Δοῦκα καὶ τοὺς συμβούλους.

1^{ον} Πρὸς τὸν εὐγενῆ κ. Ματθαῖον Μπελένιον παραχωρεῖται οἰκόπεδον ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῆς ρούγας πρὸ τῆς οἰκίας τῆς Μαρίας Φρογκίσκου καὶ Θωμᾶ Μπλόντου διὰ νὰ κτίσῃ οἰκίαν, ἣτις μετὰ παρέλευσιν 29 ἐτῶν θὰ εἶναι κτῆμα τῆς κοινότητος. Μέχρι τῆς παρελεύσεως τῶν 29 ἐτῶν θὰ καταβάλῃ ὑπέρπυρα δύο ἐτησίως διὰ τὸ οἰκόπεδον. 1282, Αὐγούστου 18.

2^{ον} Ὁ δούξ Κρήτης νὰ μὴ λάβῃ ὑπ' ὄψιν τὴν γενομένην παραγγελίαν πρὸς τὸν Ἀνδρέαν Κορνάρου,



- συμφώνως πρὸς τὸ περιεχόμενον τῆς ἐπιστολῆς. (Ἡ ἐπιστολὴ δὲν ἐπισυνάπτεται). 1288, Ἀπριλίου 22.
- 3^{ον} Οἱ Ἰουδαῖοι Κρήτης πληρώνουσιν ἐτησίως ὑπέρπυρα 990, ἐζητήθη ὅπως τοῦ λοιποῦ μέχρι πέρας τοῦ πολέμου πληρώνωσι ὑπέρπυρα 600 καὶ ταῦτα πρὸ τῆς συνήθους προθεσμίας. Ἀπερρίφθη. 1288, Ἰουλίου 25.
- 4^{ον} Τὰ ἐκ τοῦ ἐμπορίου τῆς Κρήτης εἰσπραττόμενα θὰ δαπανῶνται πρὸς βελτίωσιν τοῦ λιμένος Χάνδακος, διότι εὐρίσκεται εἰς κακὴν κατάστασιν καὶ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ καταστρέφεται. 1290, Ἰουλίου 2.
- 5^{ον} Ἐνα μῆνα μετὰ τὴν ἀφίξιν των, ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης ὀφείλουσι νὰ ἐπιθεωρῶσι τὴν κατάστασιν τῶν φρουρίων καὶ ἀφ' οὗ λάβωσι γνῶσιν τῶν ἐλλείψεων διαθέσωσι τὸ ἀναγκαῖον ποσὸν πρὸς ἐπανόρθωσιν αὐτῶν, ἐκ τῶν προσόδων τῆς νήσου. Τὸ ποσὸν δὲ τοῦτο δὲν δύναται νὰ διατεθῇ δι' ἄλλον σκοπὸν εἰμὴ μόνον πρὸς βελτίωσιν τῶν φρουρίων. Ἐὰν ὁμως παραστῇ ἀνάγκη μεγαλυτέρας δαπάνης τὸ ποσὸν νὰ αὐξάνηται. 1290, Ἰουλίου 6.
- 6^{ον} Ἐὰν τις (τῶν ρεκτόρων) ἤθελε φορολογῆσθαι τὸ ἐμπόριον τῶν Ἰουδαίων, νὰ χάνῃ τὸ ἥμισυ τοῦ ποσοῦ τὸ ὁποῖον ἀπεκόμισεν ἐκ τῆς φορολογίας. Τὸ δὲ ἕτερον ἥμισυ νὰ διανέμηται ἐξ ἴσου εἰς τὴν κοινότητα καὶ τὸν καταδότην. 1290, Σεπτεμβρίου 29.
- 7^{ον} Ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι οἱ μεταβαίνοντες εἰς Κρήτην δὲν δύναται νὰ ἐξαγοράζωσιν οἰκόπεδον ἢ οἰκίαν ἐν Χάνδακι ἢ ἐν τῇ ἐξοχῇ, ἐὰν τὸ οἰκόπεδον ἢ ἡ οἰκία εἶναι τῆς δικαιοδοσίας τιμαρίου τινος. 1292, Ἰανουαρίου 19.
- 8^{ον} Τὸ ἀναγκαῖον ἄλλας διὰ τὴν νήσον Κρήτην θὰ δίδεται ὑπὸ τῶν καστελλάνων Μεθώνης καὶ Κορώνης καὶ εἰς τὴν τιμὴν τῆς κατασκευῆς. Ἀπαγορεύεται δὲ ἡ προμήθεια ἀλλαχόθεν. 1292, Ἰουνίου 28.
- 9^{ον} Ὁ Ἰωάννης Ἀποζάκιος διορίζεται καγγελλάριος Χανίων, μὲ μισθὸν ὑπερπύρων 80 καὶ τὰς συνήθεις ὀφελείας. 1293, Ἀπριλίου 12.
- 10^{ον} Ὁ διορισμὸς τοῦ ἀνωτέρω δημοσιευθήσεται ὑπὸ τινος τῶν ρεκτόρων ἐνώπιον συμβολαιογράφου, ἀφ' οὗ εἰσπραχθῶσι τὰ δικαιώματα τῆς κοινότητος. 1293, Μαΐου 5.
- 11^{ον} Οἱ εἰς Κρήτην μεταβαίνοντες σύμβουλοι, ὑποχρεοῦνται ὅπως διὰ κλήρου ἀποφασισθῇ ποῖοι ἐκ τούτων θὰ εἶναι ρέκτορες Χανίων καὶ ποῖοι Ρεθύμνου. Οἱ οὕτω κληρωθέντες ὑποχρεοῦνται νὰ μεταβῶσιν εἰς τὰς ρεκτορίας των ἐντὸς δεκαπέντε ἡμερῶν. Ἐπίσης τὸ αὐτὸ ἐνεργεῖται καὶ διὰ τὸ ἐπόμενονον ἔτος.
- 12^{ον} Οὐδεμία οἰκία ἀνήκουσα εἰς τὴν κοινότητα παραχωρεῖται ὑπὸ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων του, ἄνευ ἀδείας τοῦ Λόγου καὶ τοῦ συμβουλίου του, ἐπιτρέπεται δὲ μόνον ἡ παραχώρησις εἰς ὠρισμένους ἀξιωματούχους. Ὅσαι δὲ τυχὸν ἐδόθησαν ἀπὸ δεκαετίας εἰς ἄλλους πλὴν τῶν ἀναφερομένων ἀξιωματούχων, ἀποδίδονται εἰς τὴν κοινότητα. 1293, Μαΐου 5.
- 13^{ον} Λατῖνος τιμαριούχος ἢ ἔχων ἀστικὴν ἰδιοκτησίαν δὲν δύναται νὰ συγγενεύσῃ μεθ' Ἑλλήνων, ἐπὶ ποινῇ ἀπωλείας τοῦ τιμαρίου ἢ τῆς ἀστικῆς του περιουσίας.
- 14^{ον} Οἱ σύμβουλοι Κρήτης δὲν δύναται νὰ εἶναι ἐγγυηταὶ ἢ ἀρχιπληρωταί, οὔτε νὰ παρέχωσιν ἐγγύησιν διὰ λογαριασμὸν ἐνὸς ἢ πολλῶν ὀφειλετῶν τῆς κοινότητος.
- 15^{ον} Ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι δύναται νὰ ἐπιβάλωσι ποινὰς εἰς τοὺς ταμίας Κρήτης ἐπὶ παραβάσει τῶν ὅρων τοῦ capitulare.
- 16^{ον} Ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι ἐνεργοῦσι τοὺς πλειστηριασμοὺς τῆς κοινότητος μόνον ἐν τῇ πλατείᾳ. 1293, Μαΐου 9.
- 17^{ον} Ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης δύναται μόνον ἐν ὁμοφωνίᾳ νὰ ναυλώσωσιν ἢ ἀνταλλάξωσι πλοῖον, 1293, Ἰουλίου 2.
- 18^{ον} Ἐλέχθη ὑπὸ τινων συμβούλων οἱ ρέκτορες Ρεθύμνου νὰ κατοικῶσιν εἰς Καστελνόβο, διότι

- θά ἦτο ὠφελιμώτερον διὰ τὴν κοινότητα καὶ σκοπιμώτερον διὰ τὴν ἀμυναν κατὰ τῶν ἐχθρῶν. Ἐπὶ αἰτήσεως, ὅπως διαταχθῶσιν ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης νὰ προτείνωσι τοῦτο εἰς τὸ ἐκεῖ Μεῖζον Συμβούλιον, ἀπεφασίσθη νὰ παραμείνῃ τὸ ζήτημα ὡς ἔχει. 1295, Ἰανουαρίου 30.
- 19^{ον} Ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης δύνανται νὰ πωλῶσι τὸ ἄλας ὑπὲρ τοὺς δύο στεργλίνους ἀνά μουτζούριον, παρὰ τὰ μέχρι τοῦδε διατεταγμένα. 1295, Ἰουλίου 12.
- 20^{ον} Τοῦ λοιποῦ ἐκλέγονται δύο σύμβουλοι ἐν Χανίοις, ὁ δὲ μισθὸς αὐτῶν αὐξάνεται εἰς 200 ὑπέρπυρα ἀντὶ τῶν μέχρι τοῦδε 150 ἐτησίως. Ἀπαγορεύεται δὲ εἰς αὐτοὺς νὰ ἐμπορεύωνται διὰ λογαριασμὸν τῶν ἢ διὰ λογαριασμὸν τρίτων. 1299, Ἰανουαρίου 14.

F^o 98r

*Incipiunt consilia ad ducham et consiliarios
Crete pertinentia.*

1. Detur Matheo Bellegno terra ad laborandum de petra.
Millesimo ducentesimo LXXXII, die XVIII Augusti. 1
Capta fuit pars, quod detur nobili uiro Matheo Belligno pezia i terre uacue que est in Creta super rugam, ante domum Marie Francisce et ante domum Thome Blondo ad laborandum eam de laborerio de petra et tenendum usque ad XXVIII annos, et completis ipsis XXVIII annis remaneat in communi Veneciarum, 5 et terram et laborerium quod fiet super ea, et nichilominus duo yperpera pro territorio quolibet anno ipsorum XXVIII annorum communi soluere teneatur.
2. Supersedeat de precepto facto Andriolo Cornario et aliis.
Millesimo ducentesimo LXXXVIII, die XXII Aprilis.
Capta fuit pars quod mittatur precipiendo duche Cretensi quod supersedeat de precepto facto Andriolo Cornario et aliis secundum tenorem littere. 10
3. Judei soluant yperpera $\frac{c}{viii}$ in anno.
Eodem millesimo, die XXV Julii.
Cum poneretur pars una taliter, quod sicut Judei de Crete soluunt ad pre- sens per annum yperpera $\frac{c}{viii}$ LXXXX, ita decetero usque ad guerram finitam debeant soluere per annum yperpera DC, et quod ante terminos constitutos, seu solitos non compellantur soluere predicta yperpera. Et alia pars fuit de non. 15
Capta fuit pars de non.
4. Comerclum Crete non expendatur nisi in melioratione portus.
Millesimo ducentesimo LXXXX, die II Julii.
Capta fuit pars quod id quod intrabit de cetero de comercio communis Crete non possit expendi in aliquo alio quam in aptatione et melioratione portus Can- dide, qui est multum deuastatus et cotidie deuastatur. Et hoc addatur in com- missionibus duche et consiliariorum qui decetero eligentur. 20



5. Deputent pecuniam sufficientem pro guarnitionibus Crete.

Eodem millesimo, die VI Julii.

Capta fuit pars quod addatur in commissionibus duche et consiliariorum Crete, quod infra mensem unum postquam applicuerint teneantur et debeant
 25 inquirere et scire omnes guarnitiones castrorum nostrorum de dicta insula Crete. Et scire quantum ascendunt dicte guarnitiones, et debeant deputare de redditibus communis Crete tantum, quantum ascendunt dicte guarnitiones, et non possint dictam pecuniam expendere in aliqua alia re, aliquo modo uel ingenio, nisi in dictis guarnitionibus. Et si aliquo tempore aliqua occasione oporteret
 30 fieri maiorem guarnitionem, plus debeant deputare. Et si consilium est contra sit reuocatum in hoc.

6. Qui tansat comerclum soluendum per Iudeos soluant etc.

Millesimo ducentesimo LXXXX, die XXVIII Septembris.

Capta fuit pars quod quicumque decetero tansabit comerclum soluendum per nostros Iudeos perdat medietatem haueris sic tansati. Et qui accusauerit contra-
 35 facientes ita quod per eius accusationem ueritas sciatur habeat medietatem dicte medietatis et teneatur de credentia, et altera medietas sit communis. Et hoc addatur in commissionibus rectorum quod sic debeant obseruare. Et in solutionem dicti comercli non intelligantur Iudei de Tyro. Pars de XL.

7. Non possint affrancare terram uel domum de feudo.

Millesimo ducentesimo LXXXI, die XVIII Ianuarii.

40 Capta fuit pars, quod addatur in capitulari duche et consiliariorum qui a modo ibunt in Cretam, quod non possint affrancare terram nec domum in civitate Candie, nec de foris, aliquo modo uel ingenio si dicta domus uel terra erit cuius feudi. Pars de XL.

8. Sal necessarius Crete accipiatur a Castellanis Corone.

Millesimo ducentesimo LXXXII, die XXVIII Junii.

45 Capta fuit pars, quod totus sal necessarius insule nostre Crete, accipiatur a Castellanis nostris Corone et Modone pro eo precio quo habent ipsum modo, et non accipiatur aliunde et addatur in commissionibus duche et consiliariorum.

9. Johannes Aposatius sit cancellarius Canee.

Millesimo ducentesimo LXXXIII, die XII Aprilis.

50 Capta fuit pars quod Johannes Aposatio sit cancellarius Canee cum salario consueto. Et fuit specificatum per dominum Ducem et consiliarios, quod dictum salarium sit yperpera LXXX cum proficuis consuetis.

10. Et publicetur in Notatorio.

Eodem millesimo, mense Madii die v.

Capta fuit pars, quod Johannes Aposatij qui est factus per maius consilium cancellarius Caneë debeat publicari per unum nostrorum rectorum qui uidebitur domino duci in notarium, soluendo rationem communis. 55

11. Consiliarii uadant per texeram rectores Caneam.

Eodem die.

Capta fuit pars quod incontinenti quando consiliarii ibunt Cretam applicuerint ibi, teneantur inter se prohibere texeras qui eorum ire debebunt rectores ad Caneam et Rethimum. Et illi quibus texere aduenerint predictae, teneantur infra xv dies ire ad dictas rectorias. Et similiter prohibeant texeras alio anno 60 sequenti. Et illi quibus aduenerint texere predictae uadant infra xv dies ad rectorias predictas.

12. Non dent domum aliquam communis alicui sine nostra licentia.

Eodem die.

Capta fuit pars quod aliqua domus communis non possit dari decetero per ducham et consiliarios Crete alicui sine licentia domini Ducis et sui consilii, 65 excetis amiralio, pesatore illo qui aptat stateras, illo qui procurrat portam et duobus gastaldionibus. Et ille domus que date sunt a x annis citra aliis quam predictis debeant deuenire in commune.

13. Latinus afeudatus non contrahat parentelam cum Greco.

Item quod aliquis latinus feudatus seu habens burgesiam non possit facere parentelam cum Greco, et qui fecerit perdat feudum et burgesiam nec esse habi- 70 tator in insula Crete.

14. Consiliarij non stent plezij.

Item quod consiliarij Crete non possint nec debeant stare plezij uel pagatores, nec dare pignus pro aliquo uel aliquibus, qui debeant dare aliquid communi aliquo modo uel ingenio.

15. Possint imponere penam camerariis.

Item quod ducha et consiliarij Crete possint imponere penam et penas camerariis Crete pro hiis que facere debent per suum capitulare, et penas quas imposuerint, teneantur excutere a dictis camerariis si facerent contra. 75

16. Res incantande incantentur in plathea.

Eodem millesimo, die viii Madii.

Capta fuit pars quod addatur in capitularibus duche et consiliariorum Crete quod omnes res communis que debebunt incantari solum in plathea et non alibi. 80

17. Non possint mutuare nec naulizare aliquod nauilium.

Eodem millesimo, die II Julii.

Capta fuit pars quod ducha et consiliarii Crete non possint naulizare nec mutuare aliquod nauilium, nisi tres eorum fuerint concordēs.

18. De rectoribus mittendis ad castrum Nouum.

Millesimo ducentesimo LXXXIII, die XXX Januarii.

85 Cum dicatur per aliquos consiliarios Crete quod rectores qui mittuntur Rethim-
mum starent utilius pro communi nostro, et ad defensionem inimicorum in par-
tibus Castrinouī, ponebatur pars quod committatur duche et consiliariis Crete,
quod hoc dicant et proponant in suo maiori consilio, et sicut ipsi maiori consilio
bene uidebitur de hoc, pro utilitate communis, ita obseruent ipsi et obseruetur
90 per successores eorum. Capta fuit pars de stare firmi.

19. Possint uendere mensuram salis ultra duos sterlinos.

Millesimo ducentesimo LXXXV, die XVII Julii.

Cum in commissionibus duche et consiliariorum Crete contineatur quod non
possunt uendere mensuram salis ultra duos sterlinos et modo per defectum sal
sit carius solito nauilii, ita quod commune inde dampnum reciperet, si daretur
95 pro dicto precio. Capta fuit pars quod remaneat in libertate duche et consilario-
rum uendendi mensuram salis ultra duos sterlinos sicut uidebitur eis non obstante
capitulo suarum commissionum.

20. Fiant duo consiliarij ad Caneam.

Millesimo ducentesimo LXXXVIII, die XIII Januarii.

Capta fuit pars, quod decetero eligantur duo consiliarii ad Chaneam, et sicut
100 ipsi habebant yperpera CL in anno pro quolibet, sic habeant yperpera CC tenendo
talem familiam et uarnitionem de pueris et equo, qualem habebant hactenus. Et
non possint facere nec fieri facere mercatum per se uel per alios aliquo modo uel
ingenio. Et sint consiliarii et camerlengi, sicut fuerint olim, et uadant cum pri-
104 mis rectoribus qui ibunt illuc.

3

Διατάξεις ἀφορῶσαι τοὺς ταμίαις Κρήτης.

1^{ον} Περί πωλήσεως τοῦ τιμαρίου Ριτζάρδου καὶ τῶν ὑπαρχόντων του. Διεγράφη.

2^{ον} Οἱ ταμίαι δὲν δύνανται νὰ ἐνεργῶσιν ἀγοραπωλησίας μετὰ τῆς κοινότητος. 1292, Ἰουνίου 28.

3^{ον} Οἱ ταμίαι παύουσι νὰ ἔχωσι τὸ δικαίωμα νὰ ἐμπορεύωνται, πρὸς τοῦτο ἡ μισθοδοσία αὐτῶν ἀυξάνεται εἰς ὑπέρπερα 200 ἐτησίως ἀντὶ τῶν 150 ὡς μέχρι τοῦδε.

4^{ον} Τὰ εἰς τὸ ταμεῖον Κρήτης κατατιθέμενα ἐκκλησιαστικά εἰσοδήματα δὲν δύνανται νὰ ἀναληφθῶσι κατ' οὐδένα λόγον, οὐδὲ ὡς δάνειον, μόνον δὲ συμφώνως πρὸς τοὺς κανονισμοὺς τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰσοδημάτων.

